

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Vita S. Romedii confessoris - Cod. St. Georgen 14**

**[S.l], [15. Jh.]**

[urn:nbn:de:bsz:31-16170](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-16170)



St. George  
14



St. Georgen 14



St. Georg.  
XIV.

Sum. Monasterii S. Georgii in Hercynia sylua  
Melchioris Abbatis  
Anno 1538.










*Incipit præfatio in vitam et legendam sancti Romedii confessoris.*

**Q**uoniam sancta dei militans ecclesia multivulgis sanctorum  
preconis collustrata, uariisque exemplorum chorusca  
fulgoribus; admittat aureis scapata malis, glorioso et  
insignissimo sponso suo iesu christo multiformibus placere admi-  
tatur conamibus. Has ob res ut incliti diuini dei confessoris gesta  
et vitam conscriberem, multis sæpe a christifidelibus rogatus  
instantis. Cuius ego id uerecunde et uere ut nunc experior, ne-  
garem; neque allegari posse diffiderem, siue quia omnis sermo  
humanus inferior esset laude diuorum; siue quia otium quasi que-  
dam ingenij rubigo paruulam licet facultatem pristina siccaisset  
eloquij; ipsi exegione asserabant, in dei rebus non possibilitate  
inspici debere; sed animum teste glorioso hieronimo, neque posse  
eum in uerba deficere; qui credidisset in uerbo. Quid igitur fa-  
tiam? Quod implere non possum; negare non audeo. Super one-  
rariam nauem rudis uector imponor, et qui necdum scalmum  
in lacu crexi; eorum maris credor fragoribus. Hunc mihi eua-  
nescentibus terris, caelum undique, et undique pontus. Hunc un-  
da tenebris inhorrescens, et caeca nocte nimborum spumei fluc-  
tus canescunt. Hortantur ut tumida uela suspendam, eudentes  
explicem, clamum regam. Dareo iam iubentibus. Et quia cha-  
ritas omnia potest, spiritus sancto cursum prosequente; confidam  
habiturus in utraque parte solatium. Si me adoptatos portus  
estus attulerit; gubernator putabor infirmior; si inter asperos  
orationis amfractus impolitus sermo substiterit, facultatem  
forsitan quaerent; voluntatem certe flagitare non poterunt.

*Explicit præfatio. Incipit vita diuini Romedii, et sanctorum eius.*

Situm in littore Lem qui inter Almanniae fluuios haud ignobilis  
est piscifer nauigerulusque tam indigens quam exterius plurima co-  
modorum et suffragiorum præstans solamina; opicium saliferum





situatum est Hallis ab inhabitantibus dictum, Tirolen modo  
comitatu atq; imperiali maiestati subiectum. Sub cuius distri-  
ctu castrum quoddam praefato oppido contiguum est Taur ab  
incolis dictum. Huius castrum dominium quondam baronum ha-  
bebat propago, & de christianissima illa inclitorum comitu pro-  
sapia, sanctum (ut ueterum analium tradunt historiae) exor-  
tum fuisse romediu. Qui licet acumis omnium liberalium artium  
studijs apperime eruditus fuerat: timorem quoq; domini a matris  
uberibus imbiberat. Unde genuino sectamine & naturali instinctu  
matrem quae mulier sanctissima (ut aunt) fuerat, sanctus ipse  
puerulus pie imitatus: ex optima arbore, non nisi optimus proue-  
nire potuit fructus. Adortuo in dno patre, romedius honestissime  
mris suae vestigys sollester inhelit; toto mentis conamine in ardo-  
re spiritus una secum deo die noctuq; inserviens semper ad meliora  
tendebat & ad superna anhelabat. Sic exercitationibus sanctis  
mater & filius conpraecationibusq; assiduis mutuo sese in domino  
cohortantibus; diuino nutu & ipsa mater bonis plena operibus e me-  
dio saluta uiam uniuersae carnis ingressa est. Sanctus autem ro-  
medius uidens se destitutum atq; parentibus orbatum; & totius re-  
lictas substantiae unicum heredem & domum; dominum iesu saluberri-  
ma monita absurda aure preterire noluit. Licet diuitiarum amen-  
tate temporalium esset conspicuus, diuino tamen afflatus numine  
& almi pneumatis gratia mirifice collustratus, abrenunciatis om-  
nibus iuxta euangelicam sanctionem quae possidebat; pauperem chri-  
stum pauper ipse in spiritu ardoris & caritatis sequutus; mundum  
omnem cum flore despexit. Unde frontem suam contra mundi fatiem  
fortiter obfirmans: fugit a fatie tribulantis, tutum cohabitare serpenti  
haudquaquam ratus; omnia terrena uelud stercorea relinquens in cre-  
lestis regni perpetuum transmittauit peculium. Qua de re mentis  
suae attem in deum totaliter dirigens; mole leuatus corporea, totus



3

pergebat in deū. soli ipsi placere desiderans, illiq; adherens unius  
factus cum eo spiritus in eternum. Cuiq; uirtus eius sanctitas incre-  
bruisse; iamq; nomen eius per omnia orbis climata optima fa-  
ma diuulgatum fuisset; ac omnium ore romedius prædicaret. Duo  
non infimū generis adolescentes quorū abraham primus, alter da-  
uid dictus, uirum dei adiuuantes, in spū humilitatis suo magis-  
terio se subicientes; diuinis obsequijs deo famulantes; caritatis  
officijs ⁊ obedientiali uirtute per omnia ei obsecundantes; gaudio  
affecti magno, ut eius foelici contubernio frui possent. Qui in dei  
timore pariter ⁊ amore, mirū in modum breui temporis spatio;  
atq; in sancto proposito uirtutū honestate a deo profecerūt; quos  
uir dei antea ut discipulos instituerat, iam emulatores atq; sec-  
tatores heremitorij sui habebat. Igitur præceptis sancti Romedij  
atq; iussis per omnia obedientialiter inherentes, spretis tempora-  
libus; sæculi uanitatibus; ⁊ mundi illecebris contemptis, altissimo  
deo patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto digna laude famulantes; eiusde  
proculdubio meritis consortes effecti; cuius tam scitissima fuerat  
doctrina imbuti. Eo in tempore magna sanctitatis fama beati  
Vigily Tridentinæ urbis episcopi pene totum concussit orbem,  
⁊ ad uirum dei romediū usq; peruenerat. Illico uir dei in cordis  
erumpens iubilum, una cum conscitis sibi adolescentulis de me-  
morato Thaur castro suo peregre profectus. Tridentū adijt: beati-  
ssimū dei antistitem in omnibus ⁊ per omnia deo placentem atq;  
seruientem inuenerūt. Quem uir dei romedius humili corporis  
inclinacione, deuoto salutans affectu; in spū exultationis huius-  
cemodi prorupit in uerba. O homo dei, sacerdos magne; ac a-  
mice dei altissimi, ad paternitatem tuam sanctam, ⁊ approbatā  
doctrinam nos famulos tuos tua pietate suscipere digneris; quos  
a te nrō in proposito eruditi; ad optatam (qua romam profici-



sci tendimus) peregrinationem; cū tua benedictione perficere sa-  
lubriter possimus. Quibus beatus iugilius respondit. Benedictus  
deus, qui sua æterna prouidentia sanctorū suorū merita cōcinnu-  
lat: ac indigno mibi illorum uidendas in terra faties exhibuit;  
quorum condigna in cælo merces præparat. Triduo autē in si-  
mul cōmorantibus: et de æternis in cælo p̄missis colloquentibus;  
noctes diesq; iungentes: psalmos et orationes pro se et ecclesia deo  
deuote offerentes; multis se charitatis præuenerūt officijs. Tertia  
autem die petita pariter et obtenta benedictione uiri dei: tunc b̄tus  
iugilius pontificali manu eleuata, dicere coepit. Deus qui sapien-  
tia sua inenarrabili et uerbo cuncta creauit, qui homines, mundū  
et debita ratione regit; et terram mūdi machinam pugillo suæ  
deitatis concludit; qui et cuiq; iuxta opera et intentiones abundan-  
ter retribuet: qui et proculdubio in trinitate perfecta uiuit et reg-  
nat in sæcula sæculorum amen. Ipse pater deus, ipse filius deus;  
ipse spūs sanctus deus. Non tñ tres dī; sed unus deus princeps re-  
gum terræ. Christus iesus filius dei uiri humana assumens carnē,  
formamq; in se serui accepit; ut nos in signum humilitatis et pa-  
cis sibi adduceret: impleat uos omni desiderio et immensa bonita-  
te sua, ut sitis perfecti in omni opere bono; et ut sanctorū coetibus  
et coelestium uirtutū contubernijs consolari; æternæq; uitæ pal-  
cuis perfici ualeatis. Sicq; sanctus antistes uiro dei romedio  
caritatis infigens osculum, complexus est, dicens. Et tu frater  
romedi sic humilia te sub potenti manu dei in omni mansuetu-  
dine, patientia et longanimitate, atq; orthodoxa ecclie doctrina  
in caritate non ficta; ut te exaltet in tempore uisitacionis uade et  
uale in pace, dominus iesus christus dirigat gressus uestros in  
uiam pacis, et custodiat uos ut pupillam oculi sui; conducat uos  
gratia sua; et reducat uos misericordia sua, sitq; uobiscū in eternū.  
Talibus tantisq; salutaribus eruditi monitis, acceptaq; benedicti



4  
 one pontificis, iuxta dei Romedius cum socijs suis abraham et dauid  
 ualedicentes scetis omnibus romam profecti sunt. Apostolico tam



dem sese conspectui exhibentes; cum benedictione summi praesulis  
 acceptati ac dimissi; multis in uia perpetratis (diuina uirtute) mi-  
 raculis, anagninum ilico applicuere ualli. Vastam igitur beatus  
 romedius solitudinem quarens, melinum adiens uicium; mittens  
 uerbi dei rhetia, tantam cepit multitudinem piscium idest animarum  
 ut pauci eiusdem uici superessent, qui christi iugo Colla non submi-  
 sissent. Est autem exopposito dicti uici ad orientem uersus; subius  
 castrum Thaom asperimus heremum locus, inter scabrosorum monti-  
 um; multorumque cliuorum amfractus; et asperimorum saxorum sale-  
 brosas rupes; quem diuus dei famulus cum socijs suis adiens; mira



deuotione complexus est: tandem eminentissimū sibi elegit scopulum,  
 quasi a deo eis predestinatum: quem ascendentes inter ueprum ur-  
 ticeumq; densitatem uittulaminū herbarum multiplicatam euellē-  
 tes: basilicam pariuulam angustamq; magno feruore spiritus cōstru-  
 ere multis laboribus conati sunt: Admonitione .. tamen diuina.



in spū ur̄ dei cognouit dictum locum: tanto non esse hospite dignum.  
 in istiusmodi maiorem rei ⁊ facti euidentiam: coruorum aliarumq;  
 auium ⁊ uolucrum maxima multitudo applicuit: de p̄dicto scopulo  
 (diuina ordinatione) tegulas ligneas ⁊ alia quaeq; pro constructione  
 ab eis aptata in rostris portantes in aliū colliculum ubi ecclesiola lo-



cata modo cernit posuerunt. Qui colliculus dei munere uege-  
tatus, repente sanctis in eum sedentibus; ad primas suas ra-  
dices, fontem expressit largifluum. Qui hostio adaptatus inco-  
lis et aduentantibus amementatis ac comodi solatia preebet plu-  
rima. Est autem subpredicta basilica cripta quasi naturali et  
humano ingenio excavata: in qua uir dei romedius tunc cum  
locus suis residens; assiduis quottidiamisq; uigiliarum instantis  
ieiunijs et orationibus; in humilitate, castitate, sobrietate ac me-  
tis suae puritate, deo suo die noctiq; inserviens obsequijs, ab in-  
sidijs mundi, carnis, et diaboli immaculatum se custodiens, apos-  
tolico exemplo, corpus suum castigans et in seruitutem redigens;  
sicut castigatione cogebat multiplici: suo seruire spiritui. Adeo  
decoriter autem humilitatis monile ex eo fulgebat, ut ab omnibus  
maior diiudicaretur: e regione (regium imitatus psalten) humilio-  
rem atq; in oculis suis uiliorem se exhibens; humilitatis glo-  
rioso magistro, qui in euangelio ait. Discite a me quia mitis sum  
et humilis corde, toto mentis annisu inhesit. Eo in tempore uir  
dei caballum habebat paruulum, quo pro nimia corporis las-  
situdine et semper pgrauatione interdum utebatur: qui equis inuen-  
tibus subtus colliculum pascuosisque locis deductus fuerat. Illico  
uexlus quidam superueniens ipsum rapiens, et famelico ore in frus-  
ta feraciter decerpens; auuidissima protinus fauce deuorauit. Res  
non tam mira quam stupenda accidit; sed uera. Ipsum igitur equum ex  
mandato et impositione iuri dei, discipulus eius, per deuexa mo-  
tuum et concaua uallium, multa fatigatione quaeritans; cum nullibi  
reperisset; ad illum tandem locum, in quo beluam immanissimam  
equum uidit comedentem, deuenit. Videns factum exterruit; et  
ad dei hominem otius hianti ore accurret: uix tamen intercluso  
(pro timore) spiritu, reddita uoce: immunitate sibi et bestiae fero-



citatem exposuit; atq; equi sui deuoratione tremebundus pa-  
tescit. Quid plura? Protinus uir dei serena fronte & propi-  
ciata fatie discipulum comulcens; transactis iam certis ho-  
rarum momentis eadem die; mirabile proorsus euenit osten-  
tum. Nam sanctus romedius ex constituto eidentum adire  
sanctumq; uigiliam uisitare uoluit. Et uer in ipso ortu genu-  
lis iam floridis cincta depingerat: purpureoq; nitore prata  
omnia uestierat: disrupto quoq; spines tegmine, spirantes cin-  
nameos odores promicarent volae; uir dei discipulum suum  
dauid ad se uocans, illiq; ait: Frenu equi nostri uolo repete  
afferas, & ad locum ipm (in quo deuorare caballum cruenta  
bestiam antea uideras) cito properes. Ibiq; pdictum uersum





dubio procul inuenies: quem intrepidus iuriliter ad eas; frenū  
sibi inuas; sicq; freno ꝛ chamo iunctum, sine mora ex parte om-  
nipotentis dei qui omnia creauit, atq; hominē subiecit, alliges ꝛ  
cum nobis incunctanter adduces: ut ipsis uiuere pabulis dis-  
cat, quibus equus noster pastus fuerat. Dauid uero uiri dei  
iussis per omnia obediens, absq; mora, prehensio loro ꝛ freno;  
ipm adiens locū, cum eundem uersum equi ossibus incubente,  
atq; frenetico murmure ossa corrodere uideret; uehementer  
exterritus, primū dubitare coepit. Tandē sumptis totius anda-  
tiae iribus ipam beluam in noīe dei p̄is omnipotentis, ꝛ eius  
confessoris romedij arripiens ad manus trahendo, protinus  
alligauit gracias deo agens. Quod uir dei in spū cognoscens;  
tuguriolum habitations suae egressus: uehementissima admi-  
ratione percitus, factum exterruit; ꝛ miraculū hūilitate exornas,  
illud plus obediens discipuli merito imputauit: qm̄ suae sac-  
titati: in ipsius tamen oscula uuens, deum in factis suis magni-  
ce collaudauit; ꝛ ad bestiam conuersus, inquit. O animal dei  
ꝛ subiugalis creatura sua, nūc super caput tuum iugum patie-  
tie supportabis ꝛ laboribus (loco poenitentiae) subiecta eris: ꝛ  
de insueto labore sudabis mihi supposita; uelceris cibo ꝛ potu  
tuo. Statimq; uersum de discipuli manibus arripiens: mira-  
culū miraclo concinnulans; uir dei bestiam tamqm̄ mansuetissi-  
mū ascendit agnum, lentis ipsam gradibus equitando tride-  
tum uersus profectus est. Sancto autē romedio sic in itinē  
constituto, quidam homines ꝛ q̄i merore costernati obuia sibi  
turmam rientes; gemulariter uirū dei susceperūt: altis-  
simo eū uocibus obtestantes humiliter conprecari sunt dicen-  
tes. O amice dei altissimi; o columen pietatis; o refugiu clemē-  
tiae totius; o plena misericordiae archa; ꝛ insigne iuritu om̄:



Sancte Romedi; per ipm deum te humilr deprecamr: cui assiduo  
 miserius famulatu: r per campita vtraq; multiplici doctrinae tuae  
 flore coram eo mirabilr clarescis: misere obsecro seruatoru tuo-  
 rum r huius filiae nrae ancillae tuae: quae sine dilatione a de-



modo grauius uexat. Scimus etenim r certi sumus q; tuis sac-  
 tis meritis r orationibus consuete misericordiae dei aures per-  
 mulceas: r quicquid pculdubio petieris impetrabis. Ora igit  
 pro nobis. Videns aute uir dei fidem illorum; misericordia  
 motus super ea, r charitatis pietate ductus; lacrimis r euila-  
 tibus astantis misertus populi; flexo in terram poplite; ait.  
 orate mecum omnes pro ancilla dei, ne aduersarius contra ip-  
 sam pualeat. Surgens tamen ab oratione uir dei: r malignu  
 in uirtute dei dure increpans; ait. Immoce operum r plac-



matu dei; coiuro te per deum trinu & unum, & per donm nrm  
 iesum xpm, qui natus est ex maria uirgine pro nra omniu  
 salute; crucifixus; mortuus & sepultus; qui et tertia die resu-  
 rexit a mortuis; caelum ascendit; sedet ad dexteram dei pris  
 omnipotentis; inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos;  
 & saeculum per ignem; ut statim recedas ab hac creatura dei  
 ut semp glorificet deum prem omnipotentem qui in coelis est;  
 & da locum & honorem deo uiuo & uero; qui ternus & unus ui-  
 uit & regnat maiestate perpetua, per infinita saeculor saecula.  
**R**espondentibus amen. Immundus spiritus statim mulierem  
 relinquens ingentissimam emittens foetorem egressus est. Proti-  
 nus quae fuerat liberata ad pedes s romedij prona in terram  
 fatie cecidit; laudans & magnificans deum; qui meritis & ora-  
 tionibus sancti romedij confessoris sui incliti a demone <sup>eam</sup> mise-  
 ricorditer liberare dignatus est. **D**ix uir dei de eodem loco





gressum parumper promouerat: alter quidem superueniens,  
 multa amicorum suorum stipatus caterua: eleuata uoce post  
 dei hominem clamare fortiter coepit. O serue dei uiui miserere  
 mei quia homo peccator sum: et multis iam mensibus excruciantis  
 febrium uexatione premor: et nullo unquam medicaminum antido-  
 to restitui potui. Credo igitur et firmissime credo mediantibus  
 tuis meritis et orationibus, deus qui salus est aeterna et salua-  
 tio omnium liberabit me. Ad quem sanctus, Si perfecto corde deo  
 seruire disposueris: ab hac febrium infestatione liberaberis. Cui  
 eger humiliter respondit. O dei confessor inclite, Credo sicut deus  
 tuis meritis liberauit ancillam suam: sic te orantem  
 et pro me deprecantem: gratiam mihi suam dignabitur impartire  
 et sanitatis remedium conferre. Nam consilio et uoluntati tuae  
 parere me per omnia promitto: et tu ex benigna misericordia tua  
 adiuua me miserans animae meae: tunc saluus et sanus ero. Sup-  
 genua igitur in re dei procumbens, eleuatis in coelum manibus: hanc  
 orationem fudit ad dominum: dicens. Confiteantur domino misericordiae





8  
eius & mirabilia eius filijs hominum. Ille qui cōpræcanti moisen pro  
populo suo israel exaucluit, & amalech disperdidit. Quiq; susā  
nam de falso crimine eripuit: & tres uiros in camino ignis ardent  
illesos conseruauit. Qui mortuos suscitauit: oppressos liberauit:  
dans agris sanitatē: ipse dignet te liberare misericordia sua ab hac  
februm molestia: ut enarrare ualeas mirabilia operum dei: ac ipsi  
us laudare pietatē: prædicare magnitudinem: efferre misericor  
diae maiestatem qui uiuit in sæcula amen. Quia dicta: eger protē  
exiit sanus, incolumis atq; hilaris cum gaudio remeant ad  
ppria: laudans & benedicens deū, qui facit mirabilia solus. Ig  
pntes omnes glorificabant deum: & btm confessorem suū romedi  
um. Tunc fama beati Romedij per agnamam undiq; dissemi  
nata est: & per tridentinā omnem diocesim diuulgata: quia in  
omnibus a deo exauclitus pro sua reuerentia: conualescibat:  
& in fide sincera opabat miracula infinita. Sicq; deo dilectus  
et hominibus & siml factus in gloria scōz: magnificatusq; in  
timore inimicōz: & in uerbis suis monstra placauit. Cum uero  
uir dei portæ ciuitatis tridentinæ appropinquasset, btus uigi  
lius antistes in contemplatione consistens, cognouit in spū  
romediū confessorem appulisse. Vocatis mox discipulis suis:  
martirio & alexandro uiris æq; sanctis: et ait illis. Confrater  
nr romediū deo charus applicuit: eamus & requiramus eū:  
nam in chri seruitute perseuerans, semoq; lassus: ac labore fel  
sus: consolatoris ipm uerbis cōmūlcendo refocilare tendam.  
Cui romediū occurrens sup uersum sedens, scdm dei pontifice  
offitiosissime ac uenerabiliter in dno salutans: bestiam descē  
dens: in amplexus sancti ruiens: dextrā dextra iunges: pacisq;  
oscula libans: salutatis fratribus ac sanctis, uir dei uigilius,  
in hac uerba prorupit. Iesus xpūc filius dei uiui qui a pncipio  
omnā subiecit sub pedibus nrīs: ad ouile serui sui hūc uersum  
sub iugo mandauit: quē tua diligentia o amice dei gubernāe



digneris. Cum autē p̄ aliquot dies conuersatione sc̄ta: prædica-



tione atq; doctrina se cohortarent; et de supernorum gloria gaudiorum colloquerentur mutuo diutius recreassent. Vir dei romedius sentiens in spiritu se cito liberari a corpore mortis huius, coepit uiribus repente destitui: dixit beato pontifici in gremio. Pater sancte iam senio confectus defectuque uirum sentio me resoluui. Da obsecro domine benedictionem seruo tuo; ut securus ab inimico; ad propriam ualeam remeare cellulam; et corpus meum meae possim basilicæ commendare: atque animam meam in manus dei mei et regis mei iesu xpi; quem corde meo exclusiui a iuuentute mea: toto anno dilexi in uita mea: et totis uiribus concupiui in anima mea. Ora pro me prebeatusissime. Ad quem antistes sanctus ait. O beate confessor dei



9  
O frater unice. o consolatio desolationis. o nobilitas insignis sub  
lege dei altissimi deducta; qui pelestimante deo omnia amendam  
et temporalia reliquisti; et inter saxa scopulos silvas neptes et urti  
cas tibi cellulam elegisti; uitam sanctam et angelicam obseruasti;  
lumen uerum agnouisti; tenebras peccatorum repulisti; uade in pa  
ce. Et benedictio dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti custodi  
at conseruet confirmet et corroboret te in omni ope bono: in iusti  
tia et sanctitate ueritatis Amen. Ora pro populo dei. Cui san  
ctus respondit romedius. Pater scilicet amodo non uidebis in carne  
faciem meam: ideo ora pro me. Tunc beatus uigilius ait. O frater in  
quo nam inditio scire potero quando ex hac uita migraueris? Cui  
romedius. In quacumque hora sonum tintinabuli capellae tuae pro  
se et a se sonantis audieris; memeto tunc fueris mei cum recor  
datione et recommendatione anime meae. Sic inter eos discessu  
est: et ab inuicem mutuis lacrimis et commendationibus sunt diui  
si. Cum uir dei romedius domum et ad cellam suam reuersus  
fuiisset: lassitudine et prouecta senectute contractis uiribus lec  
tulo decubans: conuocatis discipulis suis abraham et dauid: dixit  
eis. Fratres charissimi et filii mei spirituales: sicut in uita mea uos  
obedientes deo fuistis: ita et a saeculi uanitatibus pompis et ille  
cebris uos custodistis: atque tirocinio emeriti militastis: ita pro  
ficiatis dei gratia qua uocati estis semper in melius. Vigilate itaque  
et orate: ne intretis in temptationem peccati. Habete pacem inuice:  
sicut et deus dilexit nos. Postquam dilectissimi filii a corpore migra  
uero deponite corpusculum meum cum psalmis et hymnis in pu  
ti cripta altaris basilicae a nobis constructae: scientes et indubi  
tante credentes: quod descendentes de caelo angeli dei: ipsum  
altare benedicent et consecrabit. Finitis huiusmodi admoni  
tionibus: ecclesiasticis digne sacramentis assumptis: uir dei ro  
medius huiusmodi prorupit in uerba. O deus cui me totum in  
principio meae promotionis uigilanter et corde perfecto incipia  
ui; et districtiorem uitam cum sortis meis eligere curavi: in manus



tuas comendo spm̄ meū. Erectisq; in coelū oculis ac manibus sa-  
 ctissima deo efflauit anima. Plentibus discipulis ⁊ alijs chris-  
 ticolis qui ad eū uisitandum accesserant: protinus uoces an-



dite sunt angelorū canentū ⁊ dicentū. Salus deo nr̄o. Veni serue  
 dei: xp̄us te uocat in eternam uitam. Et ut ordinauerat in  
 dei corpus eius altari condentes magna solemnitate sepelierūt.  
 Multi igit̄ cateruatim undiq; cōcurrūt populi; anagmice nō  
 tantū incolæ uallis: sed etiam ediuersis regionibus uarijs af-  
 flicti obstrictiq; infirmitatum generibus: psoluentes deo et  
 lecto remedio uota sua san̄ ⁊ incolumes ad ppria cū gaudio  
 sunt reuersi. Et in presente usq; diem: infinitis claret miracu-  
 lis. Tandem sancti dei dauid ⁊ abraham discipuli sancti ro-  
 medy: multis uirtutibus ⁊ signis pollentes in domino dormierūt.  
 cū eodem sancto remedio in eadem basilica sepultura acciperūt.



10  
 Post longū autem tpus cū ad p̄dicationē sctoz̄ m̄m̄ l̄sim̄y.  
 martyri alexandri discipuloz̄ sancti iugily antistitis cōuersa  
 fuerat multitudo gentium uallis p̄libate. Tunc deuoti quidam  
 sancti romedy requisiti ad basilicæ tectum instaurandū ⁊ repa-  
 randū. Cum autem culmen ipsius conscenderet basilicæ:



unus ex ipis uolens lignū cum securi a clauo eruere; incautū  
 se gerens de ip̄o tecto ab alto eminentis scopuli culmine, ad  
 ima uallis profundissime prolapsus est. Quid plura alijs il-  
 co descendi mora haudquaquā fuit; estimantibus eū minutati  
 disceptum atq; scabrositate rupiū attritū et collisum mortuūq;  
 ille autem incolumis eis obuius ueniens cum gaudio; gratias  
 egit deo ⁊ scto romedio cuius merit' a morte liberatus fuit. Obit  
 autem s. romediū temp̄e Siricy papæ qui a bto petro xxxvi po-  
 tificatum rome tenuit; sub Theodosio primo xpianissimo im-  
 peratore. Anno uirginei partus ccccxx.)













1111






restauriert Dez. 1975, Hr.









Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset

Dez. 1975, Hr.